

## Sermo

fit extra illam rōnem boni perdit. vnde Augu-  
sti. Sicut deus est summū bonū simplex  
et pfectissimū omnia in se continens: sic cari-  
tas summa virtus est in se continens omne  
bonum. Hec est etiā virtus in qua nec opus  
minimū respicitur: et sine qua nec opus ma-  
ximū acceptatur: nō predicatio etiā si liguis  
hominū et angelozū aliquis loquatur: nec fi-  
des etiā si montes transferat: nec martiriū  
etiam si tradatur corpus vt ardeat. Tertiu  
p quod magni efficiuntur cōsistit in pfundo  
humilitatis: vt p hoc adiectiuū pfundū spe-  
cificetur qdam humilitas que a cōmuni et  
populari humilitate sit penit? aliena. Sed  
assimiletur illi hūilitati qntum possibile est  
que de alto celozū deum pfundauit: nō solū  
ad hominē assumendū: sed ad obprobrium  
et abiectiōem hominū induendum: vt a sum-  
mo celi vbi decoretur omniū angelozū: egres-  
sus in tanta se humilitate pfundauit vt di-  
ceret. Ego sum vermis et non homo: obpro-  
brium hominū et abiectio plebis. Sed an-  
teq̄ ad pfundum hūilitatis veniamus: ne-  
cesse ē vt aliqd ad ei? intelligētiā. ploq̄mur  
Propter qd sciendū qd nihil potest dici p  
fundum nisi ad aliquod altū fuerit compa-  
ratum: et ideo etiā vnū sepe pro altero po-  
nitur: sicut dicitur altum mare. et ps. Accedat  
homo ad cor altum id est pfundum. Quic-  
quid em̄ profundum est et dicit a profundo  
habet sursum mensurando aliquā altitudi-  
nem. Sic illa hūilitas profunda dicitur que  
in alta vita est fundata. Unde peccator cui?  
tota vita est in peccatis et vicijs profunda et  
in imo prostrata: etiā si humilitatē habe-  
re videretur: non tamē potest dici pfunda.  
eo qd vita eius posita est in ymo. Opor-  
tet enim pfundū habere aliquā comparatōem  
ad altum in cuius compatione humilitatū  
profunditas cognoscatur. Unde si vite no-  
stre inserere volumus pfundum humilita-  
tis: oportet nos primū plantare in nobis vi-  
tam magnā: ita vt et magna vita et hūilitas  
simul in vita hominis coniungatur: que duo  
habere monemur Ecclesi. iij. Quanto ma-  
gnus es humilia te in omnib: et coram deo  
inuenies gratiā. de quib: duob: dicit Gre-  
gorius. Magnus esse vnusquisq̄ studeat:

sed tñ magnum aliquo modo se esse nesciat  
ne dum sibi magnitudinē arrogāter tribu-  
at: hanc inamiter amittat: sed quelibet assint  
bona opa: nulla sunt nisi ex humilitate con-  
diantur. In cunctis ergo q̄ agitis radicem  
boni opis humilitatē videlicet retinere. Ut  
ergo nostra humilitas sit pfunda trib: gra-  
dibus pfunderetur: vt videlicet habeat in ope-  
ratione locutione et cordis pfundatione. Et  
quia sermo in longū ductus est horū trium  
membrorū executionē in alijs sermonibus  
predicator poterit inuenire etc.

L. Sermo de sancto petro et paulo.

**P** Rincipes populo-  
rum congregati sunt cum deo a-  
braaz. plal. xlvi. **D**icit Gregorius  
Ad ostendendam innocentiam venit abel. ad  
insinuandam mundiciā enoch. ad docendā  
longanimitatem opis venit noe. ad manife-  
standam obedientiam venit abraam. ad de-  
monstrandum coniugalis vite testimonium  
venit isaac. ad declarandā laboris toleranti-  
am venit iacob. ad reddendā pro malo retri-  
butionis gratiā venit ioseph. ad ostenden-  
dam mansuetudinē venit moyses. ad osten-  
dam inter flagella patientiā venit iob. qd  
torum ideo factum dicimus vt in singulis  
videremus quid esset in quolibet imitandū  
vt quācumq̄ virtutem sibi quis habiliores  
cognosceret eidem se pre ceteris applicaret.  
In his autē gloriofis principib: nec excel-  
la virtus pponitur imitanda: sed sub noīe  
principum ad pfectionē vite spūalis puo-  
camur. **I**n verbis ergo ppositis tria pos-  
sumus intelligere. Primo enim cōmendā-  
tur isti principes a spiritualis vite pfectōe.  
scō a celestis regni affectatione. tertio mo-  
nemur de nostre spei et fiducie erectione. pri-  
mū ibi. principes populorū. scōm ibi. pgre-  
gati sunt. tertiu ibi. cu? deo abraam. Cū em̄  
abraam interpretet p̄ multarū gentiū. spera-  
mus qd nos ad eundem p̄m aliqñ colligi  
debeam?. Dicit autē bern. qd in plerisq̄ locis  
sacre scripture de spiritualibus per corpora-  
lia informamur: ideo quomodo per istos  
principes prouocari eorum vestigia saltem  
tenuiter sequi debeamus: vt ad quācumq̄

L.

perfectiuncula veniamus: in his que principi-  
 bus adiacent: et que more secularium prin-  
 cipum afficiunt est videndum. Habent enim  
 principes seculares qui vere principes sunt  
 sublimem gloriam diuinarum opulentiam forte  
 potentiam claram proficiam. hec quattuor con-  
 stituunt principatum secularem que etiam spiritali-  
 ter intellecta spiritali statuunt principatum.  
 Cupientes ergo hos gloriosos principes imita-  
 ri primo gloriam non que mundi est sed que vere  
 est gloria acquiram? quam triplicem inueni-  
 mus in scriptura. **C**onsistit enim hec beata glo-  
 ria in dei cognitione dei imitatione conscien-  
 tie attestatioe et qui in his gloriari potuerit  
 non erit insipiens. Sumus enim naturaliter  
 honoris siue glorie cupidi: quod cognoscens  
 apertus dicit. **Q**ui gloriatur in domino gloriatur.  
 ac si dicat. **C**um ex naturali cupiditate glo-  
 rie homines compesci non possunt quin gloriam  
 desiderent. vniuersi desideremus gloriam: non  
 illam que ex hominibus est: sed illam que vera  
 dicitur esse ex deo. **P**rima ergo gloria consistit in  
 dei cognitione: que quanto verius cognoscimus  
 tanto gloriosiores erimus apud deum. **H**inc  
**I**eremias dicit. **N**on gloriatur sapiens in sapien-  
 tia sua. nec fortis in fortitudine sua. nec di-  
 ues in diuitiis suis. sed in hoc gloriatur que glo-  
 riatur scire et nosse me. quia ego sum dominus qui  
 facio misericordiam et iudicium in terra. hec enim  
 mihi placent ait dominus. **C**ur autem dominus in sua  
 cognitione nos iubeat gloriari: causa datur  
**S**apientia. ubi dicit. **N**osse te summata iu-  
 sticia est: et scire virtutem et iusticiam tuam radix  
 immortalitatis est. **Q**ui enim hanc gloriam  
 habuerit in omni loco in omni tempore malum re-  
 fugit. bonum non negligit. virtutes diligit sci-  
 ens oculis domini secundum apostolum omnia nuda esse  
 et aperta. hinc boetius. **M**agna nobis indi-  
 ca est necessitas probitatis: cum ante oculos agi-  
 mus cuncta cernentes. **N**ec bonum negligimus  
 quia si vere deum cognoscimus scimus eum malo-  
 rum punitorum bonorum remuneratorum. virtu-  
 tum amatorem: et ideo circumspecti erimus ni-  
 hil omnino de contingentiis obmittentes.  
**S**ecunda gloria consistit in dei imitatione ut se-  
 quamur vestigia: non declinantes ad dextram  
 nec in sinistram. ad hoc enim venit deus in carne  
 ut in seipso ostenderet per quam viam possent ho-

mines ad celi gaudia puenire. ad quod hora-  
 tur nos apostolus **E**pistolae v. dicens. **E**stote imi-  
 tatores dei sicut filii carissimi. item de viro  
 quibus xij. **D**ominum deum vestrum sequimini. **I**tem illud  
 lud. iij. **R**e. dicit nobis deus. **S**equimini  
 me ostendam vobis viam quem queritis. vo-  
 cans virum deum secundum deitatem. de quo dicit  
**I**eremias. **E**go vir oriens nomen meum. **I**tem  
**I**eremias. **E**go vir vester assumam vos. **S**ed  
 diceret aliquis illud **E**ccl. ij. **Q**uis est ho-  
 mo ut sequi possit rectorem suum. quod nequa-  
 quam fieri potest in equali imitatione: sed in qua-  
 licumque assimilatione. **D** **S**unt ergo gloria  
 in quibus ipsum tenemur per nostras vias imi-  
 tati scilicet in humili conuersatione. dura et aspe-  
 ra passione. totali sui ipsius exinanitione. **D**e  
 primo monet nos **M**atth. xi. **D**iscite a me  
 quia mitis sum et humilis corde. **I**tem **L**uce  
 xxi. **Q**ui maior est in vobis fiat sicut minor  
 et qui precessor est sicut ministrator. et sequitur  
**N**am quis maior est: qui recumbit an qui  
 ministrat. nonne qui recubitat? **E**go autem in me-  
 dio vestrum sum sicut qui ministrat. hinc gre-  
 gorius in sublimi positi sunt humiles qui vnde se in  
 omnibus respiciunt inde contra omnia se-  
 riores fiunt. **H**anc humilem conuersationem  
 describit nobis **B**ernardus dicens. **C**onuersare sim-  
 pliciter inter fratres deuotus deo. subditus  
 magistro. senioribus obediens. minoribus con-  
 temptans. angelis placens. verbo vtilis. cor-  
 de humilis. mansuetus ad omnes. **S**ecundo  
 imitemur deum dura et aspera passione. **A**d  
 hoc enim venit ut merendi materiam nobis  
 ostenderet in seipso. **S**ic enim dicit **P**etrus  
**C**hristus passus est pro nobis vobis relin-  
 quens exemplum et propter quod dicit apo-  
 stolis et nobis in illis **L**uce. xxi. **E**go di-  
 spono vobis sicut mihi disposuit pater meus  
 regnum. ac si dicat. **S**icut ego in mundum ve-  
 niens non nisi per tribulationes redeo. sic et vo-  
 bis disposui ut non nisi per tribulationes sequa-  
 mini me ad regnum. quia sicut in acibus  
 ix. dicitur. **P**er multas tribulationes oportet  
 nos introire in regnum dei. **N**am ut  
 ait **A**postolus. **O**mnes qui volunt pie vi-  
 uere necesse est ut persecutionem patientur. vnde  
**A**ugustinus. **N**equaquam ad regnum celorum se prime-  
 re iudicet: qui hic in area tritice non truditur

Ita fuit et ab eodem  
 imitatur

## Sermo

tribulatione. nec membra ipsi se iudicent. qui caput suum spinis coronati in passionibus non sequuntur. Tertio imitemur christum dominum totali nostra exinanitione: ut sicut se ipsum pro nobis exinanivit formam serui accipiens. sic et nos ei in hoc vicissitudinem rependamus. quod tunc veraciter agimus si in omnibus que facimus et patimur: non nobis nec pro nobis aliquid sed propter eum qui omnia propter nos fecit: et nos similiter faciamus. Quod facere monemur in psalmo ubi dicitur. Exinanite exinanite usque ad fundamentum in ea. ac si dicat. Exinanite in actionibus et exinanite in passionibus usque ad fundamentum intimarum affectionum: ut non propter vos sed propter deum omnia faciatis. Hinc iterum psalmus. Factus sum tanquam vas perditum obliuioni datus sum tanquam mortuus a corde. quod tunc totum veraciter contingit quando in omnibus que agimus et patimur nos ipsos penitus ignoramus. hinc psalmus. Non nobis domine non nobis: sed nomini tuo da gloriam. Hinc apostolus. i. Corin. x. Siue manducatis siue bibitis vel aliud quid facitis: omnia in gloriam dei facite. hec est vera gloria de qua merito possumus gloriari si tamen in domino gloriemur: quando omnia facimus propter que dominus venit in mundum: et quantum in nobis est facimus omnia ea que dominus dispensando fecit et prouidit in hoc mundo. De hac gloria dicitur Eccle. xiiij. Gloria magna est sequi dominum. Tertia gloria spiritualibus principibus necessaria est testimonium bone conscientie: ut scientia crebris requisita nihil sibi conscia sit dicens cum apostolo. nihil mihi conscius sum: quod non sit professione mundatum satisfactione emendatum. de hac gloria dicit apostolus. Gloria nostra est testimonium conscientie. Secundum secularibus principibus necessarium consistit in diuitiarum opulentia qua si caruerint multum eorum dignitatibus erogant. sic spirituales principes indigent necessario diuitijs meritorum. De his requirit prima dominica post pentecostem. Hinc quidam erat etc. Tertia dignitas secularis principum consistit in fori potentia. quam si spiritualis princeps consequi desiderat in triplici sedet potentia exercere. Primo ut potentiam habeat

at super seipsum. secundo super omnem creaturam tertio ut potentiam habeat apud deum. Primo dico volens potens fieri omni deo ordine studeat ut potenter sibi ipsi nouerit dominari omne malum interius et exterius a se potenter repellens et ad omne bonum suis viribus possibile viriliter se impellens. quod si quid iterum repserit potenter in se puniat. vel deum punientem humilis sustineat. quod totum in nostra positum est potestate. De prima potentia dicit Genes. Sub te est appetitus tuus et tu dominaberis illius. quod exponens bernardus dicit. In nobis est si vinci volumus: et nemo nostrum in hoc certamine deiciatur inuitus. Potest enim inimicus exitate temptationis mori: sed in nobis est si voluerimus dare sensum. Hinc puer. xvi. dicit. Velis or est patiens viro forti et qui dominatur animo suo expugnatore urbium. Quod exponens bernardus dicit. Vinor est victoria vrbis expugnare: quia extra sunt que vincuntur. maius autem est quod per patientiam vincitur. quod ipse a semetipso animus superatur: et semetipsum sibi bimetipso subijcit. De nostro etiam sensu sic exponit. quia expugnatore urbium has expugnat adiutorio alieno. vincens autem semetipsum ex proprijs viribus illud facit. De hac potentia monet nos bernardus dicens. Habeat homo sensus suos exteriores non duces sed seruiuentes. interiores vero sobrios et efficaces. habeat omnino domum et familiam cogitatum suatum sic ordinatum: ut dicat huic veni et veniat: et alteri vade et vadat. seruo suo fac hoc et absque contradictione facit. Secunda potentia est de omnibus rebus huius mundi. super que tunc potentes erimus cum omnibus eis eo modo utimur quo dominus has creauit. Propter quod sciendum quod deus alia creauit ad nostrum exercitium. alia ad nostrum obsequium. alia vero ad meliorem iudicium. Prima dicunt mala. secunda bona. tertia mala et bona. secundum quod eisdem bene utimur siue male. Primum dico deus creauit quedam ad nostrum exercitium quod dicunt esse mala. quod ad vindictam et correctionem peccatorum sunt creata. de quibus dicit eccle. xxiij. Sunt spiritus qui ad vindictam creati sunt: et in furore suo confirmauerunt tormenta sua: scilicet ignis. frigus. fames et mors bestiarum. dentes scorum

He de sermo ad alia

p[er] serpentes & rompla vindicans in ext[er]z  
 m[un]dum impios. Super que tanto pot[en]tiores  
 erimus. qu[ia] ead[em] a deo nobis infl[ic]ta pa[en]i  
 t[en]tius toleramus. hinc Aug[ustinus]. Electi pot[en]t[er]  
 ter aduersa tolerant: scientes q[uo]d per illud q[uo]d  
 momentaneum est & leue tribulationis. su  
 p[er] modum gratiam & glori[am] mereantur.  
 Sec[un]do deus creauit qued[am] ad nostrum obse  
 quium que dicimus esse bona. per q[ua] nobis  
 vite necessaria ministrantur. de quibus di  
 citur Eccl[esiastes] xxxix. Bona bonis creata s[un]t ab  
 initio. Que aut[em] sunt illa subiungit dicens.  
 Initium necessarii rei vite homin[um]. aqua  
 ignis. ferrum. sal & lac. panis & mel. bottus  
 vite. oleum & vestimenta. hec omnia sanctis  
 in bona. Quibus tunc potenter vrimur q[uam]  
 nobis ex eis solum de necessarijs. p[ro]uidem[us].  
**S**ec[un]do sunt qued[am] que bona & mala di  
 citur. sc[ilicet] q[uo]d bene vel male eis vrimur. si  
 cur sunt omnia pulcra. omnia dulcia & ioc[un]d  
 a. sensus nostros temulentia que de[us] cre  
 auit ad iudicium meliorum que tunc mala  
 dicimus: si hos diuinitus cupimus & religi  
 mus plus q[uam] deum. Nam de his dicit ap[osto]l[us].  
 Ro[manos] i. Comutauerunt veritatem dei in me  
 dacium & coluerunt & seruerunt creature po  
 t[en]tius q[uam] creatori qui est benedictus in secula.  
 De quibus Aug[ustinus] dicit. Valedicti sunt do  
 mine qui nutus tuos diligunt plus q[uam] te.  
 Que tunc bona dicimus quando ex eis co  
 monia illa relinquitur: & illa que in deo  
 sunt eligimus plus q[uam] illa. Clamant em[en] no  
 bis omnia. Ipse fecit nos & no[n] ip[s]i nos. nec  
 dubium qui meliora sibi seruaerit q[uam] sint  
 illa. hinc Bernardus. Integer amator dei  
 quocunq[ue] se conuertit familiarem habet am  
 monitione[m] amoris. rebus ip[s]is pro speculo  
 vitur & in omni eo quod cernit sui amato  
 ris resultat memoria. asp[er]it cuncta que co  
 didit & quo condiderit fine: & in his no[n] tam  
 amirabilis q[uam] amabilis occurrit atq[ue] ex ar  
 ra dilectionis qua[m] precontulit sapienter esti  
 mat. quanta seruauit in dotem. Et sic in tra  
 sitio[n]is istis minimis contemplatur sapien  
 ter eterna. sciens q[uo]d si in hac terra dissimili  
 tudinis inueniuntur tam pulcra in patria ea  
 dem inueniunt infinita meliora. Tertia po  
 tentia habebitur apud deum quam in duabo

primis merebimur. per qua[m] in omnib[us] que  
 ad salutem nostram pertinent: sup[er] de[us] au  
 teo dicere habebimus potestatem. An non  
 potens erat apud deum abraham ad cuius pre  
 ces nil facere poterat in sodomis angeli dei  
 quousq[ue] loth pater eius erit. Si enim  
 ex persona dei dixit angelus Gen[esim] ix. Festi  
 na & saluare in sego: quia non potero face  
 re quicq[ue] donec egrediaris illuc. An non po  
 tens erat moyses cui dixit dominus Exodi  
 xxxij. Dimitte me vt irascatur furor me[us] con  
 tra eos & deleam eos faciamq[ue] te in gentem  
 magnam. quod exponens Gregorius dicit  
 Quid est dicere seruo dimitte me nisi de  
 candi ausum prebere. ac si aperte ei diceret.  
 Pensa quantum apud me valeas & cognosce  
 quia obrinere poteris quicquid pro populo  
 exoras. An non hieremias potens erat sup[er]  
 dominu[m]: cui dominus dixit. Tu noli orare  
 pro populo hoc: nec assumes pro eis laude[m]  
 & orationem & non obsistas mihi. Hanc au  
 tem potestatem deus a dilectis suis libenter  
 sustinet: vt in eis & ex eis occasionem sumat  
 miserendi. quod euidenter innuitur Ezech[iel]  
 xxxij. vbi dicitur. Quesiui in eis viru[m] qui in  
 terponeret se sepem & staret oppositus co[n]tra  
 me pro terra ne dissiparem eam & non inue  
 ni. & ibidem improp[er]ando dicit. Non ascen  
 distis ex aduerso nec opposuistis vos pro do  
 mo israel. de hac triplici potestate dicit ap[osto]l[us].  
 Philip[os] iij. Omnia possum in eo qui me  
 confortat. **Q**uarto principes secula  
 res tantam habent pro sapientia & sunt pre  
 ceteris nobilitate generis sublimati. Per  
 quod informamur vt si spirituales principes  
 fieri cupimus. oportet nos nobilibus exerci  
 tijs ab infimis & vulgaribus exercitijs elon  
 gari. Sunt aut[em] tria exercitia propter que  
 nobiles valde efficitur apud deum. Opor  
 tet em[en] vt simus a terrenis actib[us] elogari. vie  
 tuntib[us] adornati. in deum feliciter transmutati.  
 Primo dico qui vita[m] sua[m] nobilitate deside  
 rant oportet vt a terrenis actib[us] penitus sint  
 elongati. nec habentes cu[m] vulgarib[us] & popu  
 laribus co[m]mune: sed ad modu[m] angelor[um] con  
 ciuium suor[um] faciem dei licet adhuc alonge  
 intellectu & affectu quanto crebrius poterit  
 speculetur. Cum enim hic sit exilium & illis

Tertia exercitia

## Sermo

patria: merito cogitatione et auditate in illa eterna patria pueriamur. quod facere monemur. **Esa. li. Eleuare eleuare conurge hierusalem.** Et notabiliter bis dicit eleuare. propter affectum et operis effectum: ut non solum per intellectum et affectum: sed etiam per operis effectum semper ibi conuersari amemus ubi manere in perpetuum nos speramus. Per operis autem effectum dixi: ut quicquid cogente necessitate de terrena viscositate facere oporteat. eadem tamen per intentionem sursum ad dominum dirigamus: ita ut nunquam propter se sed propter deum eadem faciamus. Et hoc est quod ait **Apostolus Col. iij. Que sursum sunt querite scilicet per operis effectum. que sursum sunt sapite per deuotionis affectum.** Hinc **Bern. Serius animus semper pro oculis habeat. non id quod agit: sed quod agendo intendit. et subiungit. A deo et ad deum conuersus est animus rationalis: ut ad ipsum sit conuersio eius ut sit ipse bonum eius. et ideo quod propius potest accedere ad eum similitudine a quo sola disceditur dissimilitudine.** Hoc enim solum est id magnum bonum quod magnus animus debet desiderare. ammirari et ad illud festinare. ita ut licet in terris regat corpus sibi commissum: melior tamen parte sui hoc est memoria et intelligentia et amore ibi semper conuersari amet. vnde quicquid habet se nouerit accepisse: et ibi in perpetuum se mansurum: et cum plena dei visione plenam se similitudinem adepturum sperat. **Secundum vitam nostram supra modum nobilitans sunt virtutes. De quibus quanto plures acquirimus tanto erimus apud deum nobiliores. maxime autem virtutes theologice deinde morales multum nos nobilitant. hinc **Iero. Summa est apud deum nobilitas clarum esse virtutibus. vnde **Sapientis. Mobilis est ille quem nobilitat suauitudo. Singulariter autem pro ceteris sunt quedam virtutes et exercitia que non solum ad principatum nobilitant sed animas nostras reginas efficiunt: et tanquam sponsas copulant regi deo. quas beatus bernardus enumerat sic dicens. Da mihi animam nihil amantem nisi deum et quod propter deum amandum est. cui viuere christus non tamen sit sed diu fuerat******

cui studij et otij sit prouidere deum in conspectu suo semper: cui solite ambulare cum domino deo suo non dico magna. sed vna voluntas sit et facultas non desit. da inquam tale mihi animam et ego assigno huic vocem pariter et nomen sponse. **De sunt virtutes et exercitia que precipue nos nobilitant apud deum. Aeternum super omnem modum maxime nos nobilitans est illud cum per diuinam presentiam in dominum transformamur. Quod tunc feliciter contingit. cum deus iam dictis virtutibus illectus tuit in amplexus: non valens se ulterius continere. tunc deus tanquam fortior trahit post se animas in diuinum affectum eos penitus transformans. iuxta illud **Apostoli. i. Corin. vi. Qui adhaeret deo vnus cum eo spiritus efficitur. Item **Job. xxiij. Si direxerit homo cor suum ad deum spiritum illius et flatum ad se trahet: deficiet omnis caro simul: id est carnalitas et homo in cinerem reuertetur. quod est dicere. Postquam deus est sui presentia spiritum hominis ad se trahit: omnis carnalitas deficit et homo in beatitudine affectus in nihilum rediguntur. diuinum affectum feliciter induentes. quod aperius **Bern. declarat dicens. Cum voluntas eo proficit ut fiat amor: continuo per viam amoris infundit se spiritus sanctus spiritus vite: omnia viuificans: et continuo voluntas fit amor. memoria vero efficitur sapientia: cum suauiter sapiunt ei bona domini. intellectus vero cogitantis efficitur contemplatio amantiformans illud in quasdam spirituales vel diuine suauitatis experientias: et tunc de deo bene cogitatur secundum modum humanum: sicque contingit quod potentie anime rationalis quod prius dicte sunt voluntas cogitatio et memoria feliciter in deum transformare dicantur amor diuinus. contemplatio. sapientia deo sponso misericorditer hoc agere quod viuere et regnat. et.********

LI. Sermo de eodem.

**Fortes terre** vehementer eleuati sunt. Dicit **Crisostomus. In omni laude sanctorum nihil gloriosius de sanctis dici poterit. quam ut dicti a deo suo noient. neque ei hoc nomen eis vaciter imponi posset nisi per imitationem sanctam vitam dei hominis induisset**